

eadem mulier miserabiliter cruciata vitam morte solvit.

Ad quod quidem spectaculum fama percurrente tota illa  
patricia concurrebat.

Hist. imp. Col. <sup>quidem</sup> Sane postquam supradictus Radulphus rex Romanorum  
administrationem regni 18 annis strenue gesserat, quam-  
vis benedictionem imperialem nondum assecutus, nam ipse  
grandevus quidem ad illam consequendam non multum  
intendebat, exemplum vita apud Spiram in sepulchris regis  
exhibet honorifice tumulatus. || c c c

1292 mai. 5. / Anno igitur domini 1292 Adolphus insignis genere et  
militia comes de Nassovia per principes electores unanimi  
concordia electus a Syfrido Coloniensi archiepiscopo supra:  
dicto Aquisgrani in regem Romanorum consecratus re-  
gnavit 6 dumtaxat annis. Sic in sui primordio regni

1293 sept. audiens nonnullas civitates Alsacie a se defecisse adiuncto  
sibi supradicto nominato principe Syfrido Coloniensi  
archiepiscopo cum magno exercitu ad partes rebellium  
tendens omnia in brevi recuperavit et rebelles captivos  
secum plurimos abduxit. || c c c

His temporibus bellum antiquum inter Philippum  
regem Francie et Eduardum regem Anglie reeradescit.  
Unde ipse rex Anglie multos potentes et principes contra  
mare contra dictum regem Francie sibi in auxilium  
acquisivit, inter quos tamquam precipuum et potentiorum  
comitem Flandrie suis partibus applicavit, Propter quod  
h) dumtaxit cod. i) defecisse cod.

<sup>8</sup> Syfridus reperitur inter testes dipl. Adolphi regis dat. ante Colimbaciam oct. 24, v. Bachmer reg. tit. n. 165.

<sup>9</sup> Quidem II.